

ter moti fuerunt Patres ad illam specialissimam subscriptionis formam perendam, uti aptabilis, & congruens rei, de qua agitur, ut sitam.

Deinde hæc pas fulcitur: nam est regulariter (vt dictum est) sigillum, & subscriptio in probatione pari passu ambulent, id non procedit, quando subscriptio requiritur pro solemnitate actus, & ad remouendam suspicionem, prout contingit in nostro casu, cum ad uitandas suggestiones, & surreptiones, necnon negotiationes ligantium, atque Curialium officialium; hæc specialis solemnitas, uti necessaria nouiter fuit inuenta, & desiderata, ut nempe scientia certa, examen legitime, & urgente causa per Sanctissimum faciendum requiratur in eius subscriptione, ad auocandum causam ab Ordinariis in prima instantia, ut sursum, & pluries diximus; ideoque sigillum, seu anulum Piscatoris non potest supplere defectum subscriptionis propria manu Sanctissimi, quia æqualem vim, & efficaciam non habet occurrenti damnis, & inconuenientis, quibus per formam subscriptionis huiusmodi occurrere Concilio fuit repertum, & experimento quotidie palpamus, prout rectè perpendit Aloysius Riccius in praxi, probationis iurisdictionis, in resolut. 52. qui postquam à principio loquutus fuerat de æquialentia sigilli, & subscriptionis in num. 4. sic ipse fatetur. Præterea sigillum non supplet subscriptionem, & que requiritur pro forma, l. ad testium. §. si quis, ff. de testamentis, ubi non sufficit, testes signasse, nisi etiam subscripsissent. Alexand. dict. l. qui dotis, num. 38. ubi tal. num. 54. ff. soluto matrim. Decius in cap. 2. in fin. de fide instrumentor. Crauetta de antiquis tempor. 1. part. §. quaritur etiam, num. 43. Menochius de arbitrariis, dict. cas. 113, num. 11.

Et præditi omnes in contrarium citati loquuntur, & quando solum queritur de illius consensu, & eo casu admittitur consensum plane colligi: secus ubi subscriptio non ad consentiendum requiritur; sed ad solemnizandum actum, & remouendam suspicionem, & comprobendam scripturæ fidem.

Præterea in dictis locis agitur de præiudicio sigillanti, & at hic de præiudicio terræ, ideo probatio priuilegiata, & exorbitans non recipitur, nisi omnia habeat requisita. Adde, quod Romanus in dict. consil. 303. loquitur de sigillo debitoris, cuius est scriptura priuata, & in ea potest suum dictum procedere; & quia non requiritur pro forma, quod sit ab eo subscripta; imò sufficit, quod sit scripta, l. cum antiquis, §. cap. de testamentis. Romanus dicto consil. 303. Aretinus in consil. 64. colum. 6. vers. Nec potest dicere, num. 5. Crauetta dict. §. quaritur etiam, num. 42. & sequentibus. Secus autem est in teste cuius subscriptio est omnino necessaria pro forma, &c. Hactenus Riccius, & in id expressè tendunt omnes Doctores superius citati à num. 18. vers. Considerat insuper Senatus circa, &c.

Et insuper quoniam cum in hac subscriptione causalem rationabilem, & urgentem per Sanctissimum examinandam, ut superius diximus, hoc casu etiam de iure communi iuxta Doctores allegatos supra num. 4. vers. Quæ & conformis videtur, &c. & vers. Considerat insuper Senatus circa prædictam, &c. num. 18. sigillum delegantis non habet eandem probationis vim, ac sub-

scriptio propria manu, quod & probatur à ratione cessante, quam reddunt Doctores ibidem citati, Boëtius in singulari, verb. delegatio, n. 14. Ioannes Baptista Caccialup. in l. more, num. 43. ff. de iurisdic. omnium iudic. & ipse Mascardus de probationibus, eadem conclus. 492. num. 3. & 4. dicentes, quod ideo delegatio probatur per sigillum delegantis, atque propterea sigillum habet vim subscriptionis propria manu: quia delegationes sunt abque cause cognitione, ex quo non sunt acta iudicialia, nec requirunt præsentiam partium.

Quæ quidem ratio omnimodò cessat in hac noua dispositione Concilij Tridentini, & nouam formam inducentis in expediendo has commissiones auocatorias ab Ordinariis in prima instantia, requirerentis subscriptionem propria manu Sanctissimi, & simul apparentis causæ urgentis, & rationabilis examen faciendum per eundem Sanctissimum, ex cuius arbitrio hoc pendet, ut latius probauimus in hoc cap. à n. 14. cum seqq. vers. Quarta exceptio, &c. cap. 2. a princip. hac 2. part. Ac propterea æquiparatio Doctorum inter sigillum & subscriptionem nequit per rationem cessantem adaptari dispositioni Concilij, cum in hac nostra subscriptione Doctorum fundamentalis ratio omnino cesset; ac per consequens eorum doctrina, & adæquatio generalis ex hactenus comprobatis.

Suadet etiam participij vera & genuina significatio, & quo vritur Concilio Trid. ibi: *Manu propria subscribendum*, quod est exclusiuum manus alienæ; proprium enim ubi absolute & generaliter in lege ponitur, excludit alterius interuentionem, & participationem, l. 4. ff. sine usufructu petatur, l. si tibi, ff. de usufructu accrescendo, l. si tibi, ff. quibusmodis usufructus amittat, ex quibus, & aliis post Fabrum in §. omnium, num. 21. insit. de actionibus, concludunt Pincl. in l. 1. part. 2. num. 6. vers. Ad hæc, C. de bonis maternis. Duatenus lib. 1. disp. cap. 17. in fin. Donellus commentar. iuris ciuili lib. 9. cap. 8. vers. Hoc idem ius. Alexander Raudensis de Analogis lib. 1. cap. 7. num. 1. latè Dominus Ioannes del Castillo lib. 1. de usufructu, cap. 75. num. 4. 7. & 8. & cum Brissonio verb. propriam, l. Anima, ff. de superficibus, latè Rebuffus in l. interdum. verb. proprietari, ff. de verborum significacione. Igitur non subscribit manu propria, qui per alienam subscribit, & multominus qui per sigillum, ut in specie probauimus hoc cap. à num. 14. in 4. & exceptio, & in hoc §. à principio.

His adiungit non minus elegans fundamentum deductum à ex stylo affixionis, & impressionis sigilli seu annuli Piscatoris; de quo sursum à num. 8. & sequentibus. vers. Et causam supplicationis; nempe, Summum Pontificem non legere, nec videre commissiones muniendas annulo Piscatoris ob multitudinem earum, magnæque & continuas occupationes. Ex quo sequitur, quod tunc etiam de iure communi sigillum probat, eique fides datur, quando Princeps, aut sigilli Dominus legit, & videt id, quod sigillauit suo sigillo; at verò si ipse non legerit contenta in scriptura, cui sigillum apponit, sed potius ignorauerit; sigillum appositum nec fidem facit, nec probat. Ita tradunt Bartolus & Baldus in l. 2. C. de rebus alienis non alienandis, ubi etiam Castrensis, quem sequitur est Purpuratus

puratus in l. admonendi, num. 177. de iure iurando, qui subiicit in l. si stipulatus, §. Chryso-gonus, ff. de verbor. obligacion. Principem non celebrari confirmasse scripturam in papyro à se priusquam scriberetur, sigillato: cui assentit Menochius de arbitriis iudic. casu 113, num. 5. & dicit Innocent. in cap. 2. de fide instrument. quibus adhæsit Bertachinus in tract. de Episcop. lib. 3. part. 1. tit. qualiter eligatur Episcopus, n. 2. vers. Nunc tractemus, quo loco plures alios idem sentientes congescit, & tenet Mascardus de probationibus, conclus. 1308. num. 49. & seqq.

Et licet in hoc sibi sit appetit & contrarius idem Innocentius in cap. quanto, in vers. Munimenta, de his que sunt à Prelatis: tamen eius dictum relictum Baldus in Margarita, in verb. sigillum, & Bertachin. loco proximè citato n. 21. vers. Nunc tractemus. Mascard. dict. consil. 1308. num. 50. & 51. Igitur sigillum, seu anulum Piscatoris non potest supplere defectum subscriptionis propriæ manus Sanctissimi, quæ est forma, cum etiam in hoc casu non probet, & quando non sit lecta commissio per Summum Pontificem, nec cognouerit, quid in ea contineatur, quibus adde que in proposito considerauimus supra hoc §. à num. 8. cum seqq. vers. Et causam supplicationis fundatam, &c.

Pro qua doctrina contra Innocentium facit similis alia, quæ habet, & quod subscribens in scheda vacua, sibi non præiudicat, eod quò non vidit, nec legit, nec fuit præiudicatus de his quæ in ea scribuntur; & sic fidem non facit, probant Baldus, & Paulus Castrensis, in l. si ita stipulatus §. Chryso-gonus, num. 2. lat. num. 13. ff. de verbor. obligat. Felin. in cap. quoniam contra, num. 48. de probationibus, Rodricus Suarez in l. post rem iudicatam, ampliat. 2. in fin. Azoued. in l. 15. num. 9. tit. 21. lib. 4. Recop. Rebuffus in tit. de chirograph. & schedu. recogit. in presat. num. 101. cum duobus seqq. Hieronymus Gonzalez in regul. 8. de alternat. gloss. 60. num. 17. & seqq. & post Bald. Felin. Angel. & alios idem affirmat Mascardus de probat. conclus. 1349. à num. 16. dicens, & quod quando subscribens non legit scripturam, eiusque tenoris notitiam non habuit, nihil operatur subscriptio sua, ex l. fin. C. plus valere quod agitur.

Atque etiam omnes præfati Doctores pariformiter intelligunt hanc veram doctrinam, & siue tractemus de subscriptione, siue de sigillo, siue de subscribenda scheda vacua ex identitate rationis, ut videre est, ex Gonzalez & Mascard. aliiue per eos relatis.

Et cum simul Pontifex tot sit occupationibus detenus (vt superius latè probauimus) non est credendum, nec præsumendum se legisse, & cognouisse tenorem tantarum commissionum simul ad se latorem pro apponendo annulo; imò in eo præsumitur ignorantia, & alleganti scientiam & notitiam, incumbit onus probandi iuxta resolutionem Mascardi ubi proximè à n. 19. cum seqq.

Aliæ plurimæ difficultates, necnon singularissimæ resolutiones, & quæ has commissiones auocatorias subscriptas manu Sanctissimi tangunt; misicè tractantur, & subtiliter digeruntur, necnon post longam singulorum examen, & disceptationem resoluuntur, videndæ inferius hac 2. part. cap. 30. cum omnibus suis §§.

Vbi abundè de modo, & formalitate signaturarum in litteris gratiæ & iustitiæ, & à quibus signentur, vel subscribantur, & an commissio comprehendatur sub signatura Pontificis apposta in supplicatione gratiæ, & quomodo probanda sit in Senatu ipsa subscriptio, & an originalis supplicatio præcisè requiratur; & nunquid sufficiat transumptum seu exemplum legitime & solemniter expeditum. Ean per relationem iudicis, vel Notarij in monitorialibus per Delegatam expeditis ipsa subscriptio in Senatu probetur. Et de aliis pluribus valdè vtilibus, & necessariis huic tractatui subscriptionis, ibidem abundè videre poteris, vltra alia multa quæ in discursu huius 2. part. in singulis eiusdem capitulis recentur iuxta casuum contingentiam, videnda.

Ideo ex his motus Senatus rationibus, & aliis plurimis, & de quibus in hoc cap. à num. 14. in 4. exceptione, per totum, ad supplicationis refugium confugit: interimque in Hispania non est recepta dicta constitutio Gregoriana; sed imò potius firmiter obseruatur forma indiuidualis Sancti Concilij Tridentini, in cap. 20. ita vt Senatus nullo modo admittat commissiones cum forma æquipollenti subscriptas: sed eas dumtaxat, quæ actualiter sint subscriptæ propria manu, & littera Sanctissimi iuxta formam eiusdem Concilij, prout quotidie practicum est, & videre est infra cap. 5. §. 30. per totum, quo longa serie disceptatur, & resolutur, subscriptionem in ipsomet rescripto, & commissio-nem iudicibus Delegatis remissa, esse apponendam ex Tridento.

CAPVT VII.

An Rex Catholicus hac protectionis Regaliæ uti poterit in obuiando stylo, etiam immemoriali consuetudine munito ab aliquo Tribunali diu inuento, ut inhibito temporalis perpetuò afficiat, ita vt etiam termino transacto causet attentam, siue in prima Ordinarij instantia, siue vltiori alia?

SVMMARIVM.

Inhibitione temporalis vitantur superiores Ecclesiastici, ne interea, quod acta transportantur, & videantur fors an inhibito perpetua concedatur, vel data temporalis reformetur, suam inferior exequatur sententiam, num. 1. Inhibitionem temporalem non posse habere effectum inhibitionis perpetuæ, ita, vt termino eius transacto causet attentam, nec stylo contra hoc aliquid operari acerrimè defendit Autor, num. 2. & sequentibus. Stylus, vt inhibito temporalis operetur perpetuò, est contra ius, naturam, & substantiam actus, contra charitatem introductus, dolo, & malitia plenus, num. 3. Prohibitum ad tempus post tempus censetur permissum, num. 4. Permissum ad tempus post tempus permissum intelligitur, num. 5.

Inhibito

Inhibitionibus suis licet Rota attribuerit, ex præ-  
 excellentia tanti Tribunalis aliquis prærogati-  
 uis, non tamen istam, ut temporalis operetur,  
 uti perpetua, num. 6.

Inhibitio Rotalis limitata ad tempus, vel causam,  
 ultra eam, vel tempus non causam attentata,  
 num. 7.

Consuetudine nequit fieri, quod nec pacto, n. 8.

Pactum contra naturam, & substantiam actus non  
 valet, nec tenet, num. 9.

Temporale sui natura operari perpetuo, est contra  
 substantiam actus, num. 10.

Stylus introductus, ut inhibito temporalis opere-  
 tur perpetuo, est contra substantiam actus, n. 11.

Causa finita non potest producere effectum infinitum,  
 quia sic limitatur potentia causa, sic eius effe-  
 ctus, num. 12.

Stylus datus robur perpetuum inhibitioni temporali  
 includit dolum, & fraudem, & laqueum iusti-  
 tie partis, & iudici inferiori, num. 13.

Inhibitio temporalis si est operatur à perpetuo do-  
 lore, & fraudulenter apponitur tempus in ea,  
 num. 14. ubi plura iura ponderantur.

Remedium, ad præsidium innocentium inuentum,  
 non debet esse vinculum iniquitatis, num. 15.

Inhibitio captionem, aut dolum continent, non cau-  
 sar attentata, nec nullitatem, num. 16.

Stylus, ut inhibito temporalis operetur perpetuo,  
 etiam immemorialis vallatus, reprobatur à Tri-  
 dentino, num. 17.

Inhibitionis temporalis expeditione operatur ut  
 perpetua debet seruari forma, qua à iure in per-  
 petua requiritur, num. 18.

Forma tradita à cap. Romana, de appellationibus  
 in 6. in expeditione inhibitionis reperitur reuocata  
 à Trid. cum clausula irritanti, seruata im-  
 memoriali contraria, num. 19.

Stylus, qui simpliciter peccat in forma expedienda  
 inhibitionis, si est à Trident. reprobatur, quani-  
 fortius ille, qui simul continet fraudem, & do-  
 lum, num. 20.

Stylus, ut inhibito sit in expeditione temporalis,  
 & in effectu perpetuus sui inuentus ad illuden-  
 dum Trident. Decretum, num. 21.

Inhibitio expedita ad illudendum Concilium Tri-  
 dent. non operatur attentata, nec nullitatem,  
 num. 22.

Inhibitio in expeditione temporalis, & in effectu  
 perpetua (iuxta prauum stylum) non definit esse  
 perpetua, num. 23. & sequentibus.

Dispositio indicatur secundum effectum suum, non  
 secundum nomen scilicet, num. 24.

Ad cognoscendum contractum non attenditur no-  
 minis impositio, sed forma, & effectus, n. 25.

Si effectus contractus nomini per partes impositio non  
 repugnat, nomen attenditur, num. 26.

Ad que singularis theoria Burgos de Paz recen-  
 setur, num. 27.

Inhibitio in expeditione temporalis, & in effectu  
 perpetua (iuxta improbum stylum) æquiuocè  
 inhibito nominata, indubit perpetua discenda  
 erit, num. 28.

D. Francisc. de Aluisti Auditor Nuntij laudatur,  
 acquiescens fundamentis Auctoritatis in facti con-  
 tingentia, acerrimè impugnantis stylum asser-  
 tum Tribunalis sui, ut inhibito temporalis ad  
 quadraginta, post illa causaret attentata, n. 29.

Rex Catholicus, ut acerrimus Tridentini prote-  
 ctor potest obviare stylo pestifero ingentia damna  
 in se includendi, ne inhibitiones temporales ca-

piose operentur perpetuo, cum contra Tridenti-  
 num expresse sit introductus, num. 30.

Rex Catholicus vigore protectionis Concilij Triden-  
 tini sibi commendatæ potest mandare Prelatis,  
 ut obseruent Decreta Concilij, num. 31.

Rege obuiante stylo inhibitionis captiosa laqueus ut  
 oppressorum contritus dicitur, & ipsi liberati per  
 protectorem, num. 32.

Remedium contra sententiam superioris, declaran-  
 ti processum inferioris attentatum, gestum trans-  
 acto termino inhibitionis temporalis (iuxta im-  
 probum stylum) operantis perpetuo, n. 33.

Stylus contra ius clarum introductus nullus est, nec  
 admittitur, num. 34.



**I**URE appellacionis interiectæ ab  
 aliquo graamine, & vel etiam  
 sententia diffinita per Ordina-  
 rium, aliumve quemlibet iudi-  
 cem illato, latæ; solet superior  
 expedire inhibitionem temporalem, ad qua-  
 draginta dies, puta, ne interim inferior iudex in  
 causa ulterius procedat, donec superior ipse  
 actis visis, vel reformet inhibitionem illam tempo-  
 ralem, vel in totum & perpetuo in causa in-  
 hibeat: & licet huiusmodi inhibito tempora-  
 lis iuris auctore rigore admittenda non sit, sty-  
 lar tamen vniuersalis obtinuit, ita expediri,  
 prout late disputauimus & resolauimus in tract.  
 de Regia protecl. 2. part. cap. 10. à num. 29. cum  
 seqq.

Nihilominus superior aliquis hoc stylo ita  
 limitato, & atque ad prædictum finem damna-  
 xat inuenio non contentus contendit, suam sic  
 temporalem inhibitionem ad quadraginta ope-  
 rari debere inhibitionis perpetuæ, & absolutæ  
 effectum, ad eum ut etiam termino dictæ tempo-  
 ralis inhibitionis transacto nequeat inferior in  
 causa procedere; vultque & cetera, omnia ges-  
 ta post tempus tanquam nulla, & attentata re-  
 ponere, hoc tenendo ex eo quod sic dicit obser-  
 uate stylum sui Tribunalis. Nos autem acerrimè  
 defendimus in facti contingentia, hunc sty-  
 lum penitus abolendum, cum fuerit inductus  
 contra expressam prohibitionem Concilij Tri-  
 dent. cuius euigilans protector semper fuit Rex  
 noster Inuictissimus, ut sæpè diximus, moti  
 ex seqq.

Primo quoniam hic stylus, ut inhibito tempo-  
 ralis operetur perpetuo, & est contra omnem  
 iuris rationem, & principia, ac contra natu-  
 ram, & substantiam actus, contra charitatem  
 introductus, captiosus, dolosus, damno dolo-  
 que plenus, ac propterea omni iure reprobatus,  
 dum prohibet, & impedit infetorem termino-  
 inhibitionis temporalis transacto posse in causa  
 procedere.

Vulgare est enim iuris axioma, ut prohibi-  
 tum ad tempus, & post tempus censeatur per-  
 missum. l. Imperator, §. ubi Baldus, §. ff. de postu-  
 lando. l. si vnus, §. 1. ff. de pactis, l. epistol. §. fin.  
 ff. eodem, l. pater filium. §. fundum ff. de legatis, §. 2.  
 Tiraquellus de retrat. convention. §. 1. gloss. 2.  
 num. 46. Surtus decif. 75. num. 1. & conf. 294. n. 6.  
 & confil. 127. num. 18. Menochius conf. 174. n. 14.  
 & confil. 80. num. 16. Brunor. à Sole in locis com-  
 munit. verb. prohibition. 16. Hieronymus Gonca-  
 lez ad regulam Chanceliar. §. gloss. 65. num. 8. Bar-  
 bosa in l. cum preor. in princip. num. 45. ff. de iu-  
 dicij. Augustinus Barbosa axiom. 193. num. 6.  
 sicut

sicut è conuerso, permiffum ad tempus, & post  
 illud censeatur prohibutum, ipse Barbosa axiom.  
 178. num. 4. sed hæc inhibitio temporalis ad  
 quadraginta dumtaxat dies prohibet, & suspen-  
 dit iurisdictionem inferioris ergo eis transactis,  
 licite, & impunè procedere posse iudicem, in-  
 dubium est.

Secundo, quoniam stylus iste nullo iuris co-  
 lore vestitur, & omnique fundamento, etiam  
 apparente caret. Quamuis enim Rota Romana  
 (ex præminentia) sibi arrogauerit, ac suis inhi-  
 bitionibus attribuerit aliquas specialissimas  
 prærogatiuas, prout est, quod iusta, aut iniu-  
 sta Rotalis inhibito causet attentata, etiam  
 non Canonice expedita, & alias, quas variis  
 in locis legitimus quotidie: nunquam tamen  
 aliqua decisione, aut Ecclesiastica constitutio-  
 ne legimus, & nec audiuius, voluisse suas inhi-  
 bitionibus limitatas ad tempus, vel causam ope-  
 rari perpetuo, & absolute ultra tempus, vel  
 causam; imò contrarium docemus, inhibitionem  
 Rotalem limitatam, & restrictam ad tempus,  
 vel causam, nihil ultra limitationem ope-  
 rari, nec causare attentata, ut de inhibitione  
 Papali in terminis probat Lancellotus Robertus  
 de atentar. 2. part. cap. 20. limitat. 17. ubi ad  
 fin. expressam addocit Rote decisionem, conda-  
 nant que late Saccia de appellationibus, q. 17.  
 limitat. 47. membro 1. num. 26. & seqq. Ergo  
 multo minus hoc debet intentare quodlibet  
 aliud Tribunal Ecclesiasticum, cum omnia Ro-  
 te sint inferiora, sitque contra naturam, &  
 substantiam inhibitionis temporalis expeditæ.

Tertio probatur, hunc stylum, aut consue-  
 tudinem præualere non posse, & quoniam quod  
 non potest fieri pacto, nequit & consuetudine  
 fieri, & è conuerso, l. fin. ubi Bart. & Bald. C.  
 de fideiusoribus. Glossa in cap. 2. verb. officiali,  
 in fin. de consuetudin. lib. 6. l. alienationis verbum,  
 ff. de verborum significat. & ubi Alciatus, & Re-  
 buffus, Petrus Surtus decif. 3. num. 23. & 236.  
 num. 9. Valasco confil. 152. num. 32. Gamma,  
 decif. 379. incip. inser fratrem, num. 5. & vulgare  
 est, & de pacto ad consuetudinem, & è contra  
 valide argumentatur, l. non impossibile, ff. de  
 pactis. Euerardus loco 89. Sochus Ionior con-  
 sil. 17. num. 4. volum. 2. Rosental. de feudis, cap. 9.  
 conclus. 58. num. 14. Caldas Pereira in l. si cura-  
 torem, verb. sua facilitate, num. 6. versicul. Et  
 quod minor. Stephanus Gratian. discipul. 88.  
 num. 20.

Sed pactum contra naturam, & substantiam  
 actus non valet, nec tenet, & ut docet eleganter  
 Zazius lib. 2. singular. respos. capicul. 12. n. 3.  
 Alciatus paradox. capitul. 16. litter. B. Ioannes  
 Corralus Miscellan. cap. 20. num. 3. Franciscus  
 Conanus commentar. iuris civil. lib. 5. cap. 2. n. 6.  
 acurte Jacobus Cuiacius obseruat. lib. 2. cap. 15.  
 littera B. Forcatulus in notionam. iuris dial. 4.  
 num. 5. Nicolaus Valle de rebus dubijs, tractat. 1.  
 pag. 7. col. 1. in med. Sebastian. Medicis in tractat.  
 de legibus & statut. 5. part. quest. 4. num. 2. & 3.  
 Bologner. in l. 1. in princip. num. 44. ff. si certum  
 petatur, Bald. in l. 1. num. 14. C. de obstructis,  
 Neufan. in consil. 91. num. 12. Curtius Senior  
 in consil. 49. num. 40. Lofredus in consil. 1. num. 175.  
 & optime declarat, & alios referens Petrus  
 Surtus consil. 143. num. 29. & 30. & 31. lib. 2.  
 Petrus Pechius in cap. contractum, num. 9. de re-

gulis iur. lib. 6. Dom. Ioan. del Castillo contra-  
 uersarum lib. 3. cap. 3. num. 64. Qui omnes fir-  
 mant, quod licet pacto contrahentium acci-  
 dentalia, & qualitates, seu adiuncta contra-  
 ctus tolli possint; non tamen substantialia, vel  
 naturalia intrinsicæ contractus.

Prout est, ut temporale operetur & perpetuo, 10  
 ut probat text. expressus in l. cum precario, ubi  
 cum de natura, & substantia precarij sit, quod  
 sic temporale ad nutum dantis dumtaxat, l. 1.  
 ff. de precario, non valet pactum, quod precari-  
 um semper duret, glossa in l. pacta, ff. de con-  
 trahenda emptione, & Bartol. in l. 2. de usufructu,  
 earum rerum que usu consum. & in l. si forte,  
 ff. de Castrensi peculio. & in l. ubi in a donator, ff.  
 de mortis causa donatio. & Bald. in cap. 1. §. 5.  
 quia, num. 20. qui feud. d. re possunt, l. 1. in l. si  
 fundam, num. 4. ff. soluo matrimonio, Thom.  
 Papa. in l. si fundum, num. 4. ff. si certum petatur,  
 Alciatus in l. penult. num. 22. C. de pactis, & in  
 l. cum quid, num. 1. ff. si certum petatur, & in l. 1.  
 num. 19. in fin. de sententijs, que pro eo profer.  
 Hieronym. Gonzalez de alienatione gloss. 5. §. 6.  
 n. 5. & hæc esse communem profertur etiam  
 Curtius Ionior in consil. 56. num. 2. Cardinal.  
 Mantica de contractibus, lib. 1. tit. 12. à princip.  
 & præcipue à num. 22. Ergo cum hic stylus sit  
 contra substantiam, & naturam intrinsicam inhi-  
 bitionis temporalis, nec potuit introduci, nec  
 aliter præualere, quatenus illam perpetuam, &  
 absolutam facit.

Quarto probatur, quia causa finita non potest  
 producere effectum infinitum: vnde sicut 11  
 limitatur potentia cause, sic etiam limitatur  
 effectus, Ruinus consil. 48. ut eius, sub num. 1.  
 lib. 3. & Gallus in pract. obseruat. lib. 2. obseruat.  
 124. num. 6. Sigilmundus Saccia in tractat. de  
 sententijs, & re indicata, glossa 7. quest. 4. in  
 suspension. 2. num. 48. fol. 261. sed inhibito hæc quæ  
 est causa suspendendi iurisdictionem ad tempus,  
 est finita, & temporalis; ergo non potest ope-  
 rari effectum perpetuum & infinitum.

Quinto quoniam si stylus iste præualeret, 13  
 ipsa efficeretur inhibito dolosa, captiosa, clauden-  
 dens & continens in se dolum, & nocissimè frau-  
 dem paliatum. Quoniam pars ipsa litigans &  
 Iudex securi clari & litterali tenore, quo conce-  
 pta legitur ipsa inhibito, termino transacto  
 procedent in causa, cum sibi videatur securè  
 tunc posse iurisdictionem, quæ semel prohibi-  
 tionem, suspensionem, & impedimentum euasit,  
 continuare, & exerceere, prout etiam quilibet  
 doctissimus vix & consuleret, & faceret; at  
 si nihilominus in tribuni Superioris contra-  
 rium operatur, foret inhibito potius laqueus,  
 & reticulum ad captandam iustitiam partis, cum  
 sit in manu & potestate aduersarij expectatæ  
 sententiam iudicis sic inhibiti, quæ si pro fe-  
 rerat, stylum tacebit; si vero contra se, diceat  
 de attentatis, stylum allegans, de quo cum  
 Propheta potest conqueri oppressus, P'salm. 142.  
 In via hac, qua ambulabam, absconderunt la-  
 queum mihi, & P'sal. 56. Laquei parauerunt pedibus  
 meis; & iterum P'sal. 10. Intenderunt arcum,  
 & parauerunt sagittas suas in pharetra, ut sagi-  
 tem in obsequio rectos corde.

Quapropter si inhibito in omni euentu fu-  
 tura erit & perpetua & absoluta; iniquissima erit 14  
 appositio termini, cum ex eo efficiatur inhibito  
 ipsa captiosa, fraudulenta & dolosa, contra text.  
 optimum

optimum in l. Paulus 8. ibi: *Prætor enim beneficium suum nemini vult esse captiosum, &c. ff. de prætoris stipulationibus, textus in l. 1. ibi: Ne hi, qui cum eis contrahunt, principali auctoritate circumscripti esse videantur, &c. C. de iis qui veteratis imperaver. l. Imperatores, ff. de hereditibus instituentibus, ibi: Nec enim calumniæ facultatem, ex principali Maiestate capi, oportet, &c. Nec remedium ad præsidium ꝛ innocentium inuentum debet esse vinculum iniquitatis, text. in cap. suspectum, & ibi Philippus Franchis not. 2. & communiter ceteri Doctores, de appellacionibus.*

Hinc fit, quod quando inhibito captionem, ꝛ aut dolum aliquem continet, aut dolose expedita, aut obtemta est, nihil operatur, imò sententia, & omnia gesta posteam nulli vitio attentatorum subiciuntur, nec vti attentata reuocantur, notabilis est decisio Nicolaj Boërij 191. Margarita num. 4. postquam, Puteum, & Mandosium, & alios, necnon quàm plurimas Rotæ decisiones hanc conclusionem firmat, & comprobat Lancelotus Robertus in tractatu de attentis 2. part. capitul. 20. de attentis post inhibitionem limitat. 7. per rotam. Igitur de primo ad vltimum sequitur, quod si hæc inhibito sit perpetua in suo effectu iuxta stylum, erit nulla terminum continens, cum simul dolum, & vincula simulata, & palatia comprehendat, ad fraudem inuenta.

Quintò hic stylus etiam consuetudine immemoriali ꝛ vallatus, expresse prohibitus est per Sanctum Concilium Tridentinum sessio. 22. capitul. 7. ad quod notandum erit, inuitabile, & indissolubile argumentum; hæc inhibito (cum iuxta stylum in suo effectu sit, & operetur perpetuò) expeditur vt temporalis ad solam petitionem, & comparitionem appellantis, actis non vltis, nec adhibita causæ cognitione, & absque partis citatione, cum omnia sint de essentia formalis ꝛ præciso requisito inhibitionis perpetuæ ad eius validationem, & robur, & vt attentata causæ possit, ita vt aliter expedita (non Canonice scilicet) sit nulla ipso iure, text. in cap. Romana, §. si verò, & §. si autem, de appellacionibus in 6. & ita latissime probauimus Nos in tractatu de Regia protectione 2. part. cap. 10. à num. 19. cum sequentibus, post Felin. Maranta, Gratian. Paz, Lancelotum, Couarru. Rolandum à Valle, Olfacum, Marquesan, & alios multos, necnon plures Rotæ decisiones.

Quod quidem, ꝛ cap. Romanam cum suis §§. renouatum extat expresse per dictum decretum Sancti Concilij Tridentini. sessio. 22. capitul. 7. cum clausula irritante quemlibet stylum in contrarium inuentum etiam immemoriali consuetudine vallatum, cuius verba (cum ad propositum sint mirabilia & expressa) referam, quæ hæc sunt: *Legati & Nuntij Apostolici, Patriarchæ, Primate, & Metropolitanæ in appellacionibus ad eos interpositis, in quibusvis, tam in admittendis appellacionibus, quam in concedendis inhibitionibus post appellacionem seruare teneantur formam, & tenorem sacrarum Institutionum, & præsertim Innocentij Quarti, quæ incipit Romana, quacumque consuetudine etiam immemoriali, aut stylo, aut privilegio in contrarium non obstantibus, aliter inhibitiones, & processus, & inde sequuta quacumque, sint ipso iure nulla, &c. Hactenus de*

mirabili decreto, quòd caullationem humanam non admittit.

Et erit insuper animaduertendum, quòd si ex hoc decreto ꝛ reprobatu reperitur, & prohibitus stylus, qui simpliciter caret forma iuris in expeditione inhibitionis; qui non solum peccat in forma, sed simul continet captionem, fraudem, & dolum, quantò magis illi resisteret, prohiberet & reproberet?

Imò potius stylus hic, & inhibendi modus deregit esse inuentum ꝛ ad illudendum Tridentin. decretum prædictum, quoniam attribuedo illi nomen & apparentiam inhibitionis temporalis, cum sit in suo effectu (iuxta stylum) perpetua, vt sub hoc colore & prætextu omittat queat forma iuris & facti Concilij Tridentini. in eiusdem expeditione (provt est actorum exportatio, & inspectio, causæ cognitio, & partis citatio, provt hæctenus diximus) clarè appareat illud illius decreti Tridentini. & in eius fraudem inuentum esse hunc modum & stylum inhibendi: ac propterea nullus erit, nec talis inhibito attentata causæ potest, ꝛ vt in his fere terminis determinauit sacra Rota in vna Elueni Archidiaconatus coram Lancelot. 27. Junij 1572. Quòd gesta in partibus post inhibitionem ꝛ Rotalem non censentur attentata, si constat inhibitionem fuisse ab Auditore expeditam, ad illudendum Sacrum Concilium Trident. de qua decisione testatur Lancelotus Robertus de attentis 2. p. cap. 20. post inhibitionem limitat. 7. num. 5. vbi per totam limitationem plurima adducit in comprobationem.

Nec ista inhibito definit esse (iuxta stylum) perpetua, respectu ꝛ sui effectus, quantumvis apparenter vocetur temporalis ob termini appositionem; quoniam omnis actus, & dispositio iudicatur secundum effectum suum, ꝛ non secundum nomen factum appositum, textus est capitalis in l. insulam 6. ff. de præscriptis verbis, l. si vno, ibi: *Quis non sit donatio, transactio, ff. eodem, vbi Glossa, verb. Transactio, scilicet: Et sic nota hic, ex qualitate contractus verba accipi contra propriam significationem, l. in lege 32. ff. eodem, l. si olei 21. C. eodem titul. l. cum dotem. 10. & ibi Bald. num. 2. C. de iure dotium, cap. constit. 10. de religiosis domib. iuncta Glossa verbo, iuxta ratam, Hieronymus Gabriel. consil. 22. num. 21. & sequentibus volumin. 1. videndus omnino, & eleganter & vtiliter in proposito in consil. 168. num. 4. volumin. 1. fol. 110. Corneus in consil. 24. num. 6. volumin. 2. Mandel. de Alua consil. 81. num. 48. column. 3. & in consil. 137. num. 5. lib. 1. Seraphinus decis. 794. & num. 1. & maxime num. 6. & decisio. 1379. num. 4. tom. 2. Causaleus decisio. 8. num. 37. part. 5. Hipolytus Riminald. consil. 831. num. 2. lib. 1. & in consil. 506. num. 45. lib. 5. Menoch. in consil. 27. ex num. 43. cum pluribus sequentibus, lib. 1. & in consil. 444. num. 10. lib. 5. Petrus Surtus in consil. 243. num. 2. lib. 2. & in consil. 433. num. 28. lib. 3. Decisio Senatû Dolani 91. num. 1. Farinac. nouissim. decis. 532. num. 3. tom. 2. part. 1. Pater Ludouic. Molin. tom. 2. disp. 381. num. 4. versicul. Eo quod, pag. 319. Rodríguez de annis reddidibus, lib. 2. quest. 22. num. 12. 13. & 14. vbi vide omnino, & per Auendañam de casibus, capital. 22. n. 12. 13. & 14. Stephanus Gratianus disceptata, tom. 1. cap. 96. num. 14. & 15. & tom. 2. cap. 273. n. 38. &*

Et tom. 4. cap. 617. Tufchus tom. 2. littera Cod. conclus. 909. fol. 333. Franciscus Mantica de ractis & ambiguis conuenion. lib. 2. titul. 2. per totum, vbi num. 5. inquit, quòd ad iudicandum contractum, ꝛ non solum debemus inspicere nomen & contrahentibus expressum; sed etiam formam, & effectum: Ideò magis inspicitur forma & effectus, quàm nomen impositum, provt dicto num. 5. & 6. notat, & pluribus exemplis comprobatur vsque ad num. 20. atque etiam obseruat; quod contractus secundum effectum, non secundum nomen ꝛ debet intelligi, & si effectus non repugnat, secundum nomen censeri debet, sequitur Castillo conuentionum lib. 6. cap. 156. num. 11. videndus à num. 10.

Et cum sit singularis præceptoris Theorica ꝛ Burgos de Paz, Senioris in consil. 19. num. 5. illum referam in hæc: *Et cum non sit transactio, nec esse possit, parum refert, quod in dicta conuentionis scriptura transactio nominetur, vt constat in l. non codicillum, Cod. de testamentis, & ibi Iasson, column. fin. Bart. in l. cortem ferro, §. qui maximos, quest. 2. ff. de publicanis. Ad iudicandum enim quilibet contractus, vel dispositio, & cuius nature sit, non attenduntur verba, sed rei effectus considerantur; text. est notabilis, in l. insulam, ff. de præscriptis verbis, & per illum text. dixit singulariter Baldus in l. 2. Cod. commodati, quod contractus non iudicatur ex nominatione, sed ex eius effectu, unde dicit ibi, quòd licet nominetur contractus certo nomine, non est attendenda hæc nominatio, sed considerato effectu, attendi debet. Idem tenet ipse Baldus in rubric. Cod. de iure emphyteut. in fin. cum aliis, de quibus meminit Decius in consil. 682. in causa Domini, col. 2. vbi in proposito dicit: *Quod non iudicetur donatio, quia in scriptura donatio nominatur, si non est considerato effectu donatio, sed contractus alterius nature, & pro his facit notabile decisio eiusdem Bald. (quem communiter Doctores sequuntur) in l. qui se patris, column. 8. versicul. Hoc scias, Cod. de liberi, vbi ait: *Quod si Rex in suo privilegio dicit: dono alicui talem rem, quod non erit donatio, si pro illo privilegio Rex à donatorio aliò quod pretium recipiat, cuius Baldi doctrina confirmatur ultra eum, quia donatio proprie non dicitur, in qua pretium interuenit, vel modus, Bartolus in l. si tibi pecuniam, ff. si certum petat, cum aliis, de quibus Alexander in l. iuris gentium in principio, ff. de patris, sunt alia concordantia, quas congerit idem Alexander consil. 40. dubio 3. columna penultim. lib. 4. & Decius consil. 164. non fuisset, column. 2. idem Decius in regula imaginaria vendition. ff. de regulis iuris, & facit, quia consideratur quod principaliter agitur, vt in rubrica & nigro Cod. plus valere, quod agitur, & in cap. ad questiones de rerum permutatione, &c. Hactenus Burgos de Paz.***

Ex quibus omnibus inferitur, quòd si quando expressa adest ꝛ partium nominatio actus, vel alterius dispositionis; non idèò attenditur nomen, sed effectus; hæc inhibito, qua apponitur terminus, quæ considerato, & attenditur effectu, quem sibi attribuit improbus stylus, vt operetur & inficiat perpetuò cum nomine particulariter non appelletur, sed nomine equiuoco inhibitionis: multò magis de-

nominari ab effectu, & sic dici perpetuam. Et quia analogum per se sumptum itat pro famosiori significato, ex vulgaribus, ac idèò cum talis inhibito peccet in forma à iure, & Concilio Tridentino requisita, ad inhibitionis perpetuæ robur & valorem omnino inualida censenda erit, ex hæctenus neruose comprobata.

Et cum in facti contingentia non diù hæc questionem ꝛ habuissim, in causâ cuiusdam insignis patronatus pendente in hoc Tribunali Illustrissimi Nuntij Hispaniarum, pro parte Don Antonij de Ribera Salgado Alguacili maioris Regni Galeciæ, Don Franciscus de Aluifis Auditor, Doctissimus quidem vir, & sanæ intentionis Iudex, mihi inter alia acutissima dubia, hoc remisit; dicens, ex stylo sui Tribunalis inhibitionem temporalem ad quadraginta operari, & inficere perpetuò, & inferioris manus ligare, etiam transacto tempore inhibitionis, ac propterea omnia per inferiorum Iudicem gesta, etiam post tempus, vt attentata reuocanda fore, cui & per supradicta respondis quibus attentè visis, & consideratis vt doctissimus acquieuit, merito stylo vites denegandum, nihil super articulo attentati (cui fortiter nitentur aduersarij, imò, & ipsemet Auditor) decreuit, sed distinctè confirmauit sententiam inferioris latam post terminum inhibitionis prædictæ, agnoscens merito stylum omnino repugnare directè decreto Sancti Concilij Tridentini superius citato, esseque contra omnem rationem & caritatem introductum.

Ac propterea Rex potentissimus tanquam protector ꝛ eiusdem Concilij ex indultis Apostolicis, vt latius deduximus supra hac 2. part. cap. 1. & sequentibus, licet poterit obuiare huic pestifero stylo, captioso, & fraudulento; ex quo maxime ruinæ possint in dies contingere in Republica hac Christiana, vt superius considerauimus, & alias plurimas, quas modò omitimus, cum facile deduci poterunt à quolibet estque (vt dictum est, & euidenter probatum) contra expressum decretum Concilij Tridentini, sessio. 22. cap. 7. & in illius fraudem, & illusione inductus & inuentus hic stylus, omnino delendus.

Maximè cum Rex Catholicus vigore indultis suæ Sanctitatis, ꝛ quo fuit constitutus protector Concilij, possit mandare Prælati quibusvis, vt obseruent decreta præfati Concilij Tridentini. vt ex Bobadilla, Narbona aliisque fundamentis probauimus supra, hac 2. part. cap. 1. à num. 31. versicul. Et istam hæc Regalam; & per totum cap. à principio; vt sic oppressi queant cum Propheta recantate; *laqueus contritus est, & nos liberati sumus, Psalm. 123. & iterum: *Annima ꝛ nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, & Psalm. 30. Edices me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.**

Et vltia hoc generale remedium directum protectionis Regiæ, aliud etiam remanet ꝛ in causis particularibus per vitam, scilicet violentiæ, quo indirectè potest reparari tam notabile præiudicium. Nam à sententia, qua Iudex inferior sequendo suum reprobum stylum declarat, esse attentata omnia gesta ab inferiore post transactum terminum inhibitionis; potest ab hac sententia Superioris legitime appellari.

& in Senatu, ad quem recurritur per viam violentie, dabitur omnino decretum vim fieri, & reponi, & euret pars grauiata appellare ab omni gesto processu per Superiorem, qui tangat hunc articulum, vt repositio sententiam attentatorum comprehendat.

34 Ex alio etiam capite stylus iste ꝛ nullus, & non admittendus detegitur: nam cum hæc inhibito (in effectu iuxta stylum) perpetua expeditur, vt diximus, contra claram, & apertam iuris formam, & dispositionem traditam à dicit. cap. Romana cum suis §§. & à Tridentin. pro vt superius à num. 17. & sequentibus. Ergo præualete non debet; nam stylus contra ius introductus ab eo, qui legis condendæ potestate caret, nullus est, nec admittitur, ex Alexandro confil. 36. ad fin. volumin. 2. Decio in Rubrica de confuetudine, num. 2. & in confil. 677. ad finem, Bertazola de instrument. clausul. 4. glossa 36. num. 5. Giurba confil. 39. num. 45. 70. & num. 71. Canalcan. decis. 11. num. 52. Iacobus Cancerius variarum resolution. lib. 3. cap. 3. de privilegiis, n. 355. Quia introductus stylus per Curiam dumtaxat ius commune tollere non potest, vt probant Doctores citati, & Grauea de antiquitate tempor. part. 4. num. 18. Itaque quando hic stylus non fuisset expressè reprobatus per Conciliarem dispositionem Tridentin. satis detegeretur eius inualiditas ex iure ipso, quod non admittit stylum aliquem contra dispositionem iuris clari.

CAPVT VIII.

Si in Rota, aliòve Tribunali cognoscen- te de appellatione, nouiter aliquod deducatur ius, an nouum dicatur iu- cium, ita vt noua egeat instantia, vt hanc omnino Senatus femittat Ordinario.

SVMMARIVM.

- Ius nouum non contentum in priori instantia deduc- tum in Rota, an super eo monitoriales, aliòve littera expedite à Senatu retineantur, num. 1. & sequentibus?
Actionem mutari in instantia appellationis licere, qui teneant Doctores, num. 2.
Ius nouum deducum in instantia appellationis, diuersum à deducto in primo libello, noua indiget instantia, & nouo iudicio, num. 3.
Nouum omnino non dicitur pronuntiatum, nec appellatum, ergo nec deuoluta iurisdictione, n. 4.
Iudex appellationis iurisdictionem restrictam acquisiuit super causa deducta in prima instantia, super aliis vero caret iurisdictione, n. 5.
Nouum aliquid peti nequit coram Iudice appella- tionis, nec ipse illud admittere, cum ad id careat iurisdictione, num. 6.
Iudex appellationis nequit supplere, que veniunt ad nouam petitionem, & diuersam, n. 7.
Super nouo capitulo non dependente à primo Iudex appellationis cognoscere non potest, num. 8.
Iudex appellationis potest cognoscere super eo, quod potest includi super generalitate primi libelli, num. 9.
Iudex appellationis potest supplere, quod uenit ad

coadiuuandam petitionem, num. 10.
Agens in prima instantia de boue, non potest in se- cunda agere de equo, cum tunc libellus nequeat mutari, num. 11.
Ius nouum, & diuersum ab iam deducto in prima instantia cognoscetur, quando super hoc sententia lata, non facit rem iudicatam super nouiter deducto, num. 12.
Rei indicata exceptio ubi in aliquo non operatur, nec ad id appellatio vires suas extendit, num. 13.
Articulus nouiter cumulatus non inclusus in libello sicut excludit rem iudicatam, ita & exten- sionem iurisdictionem in iudice appellationis, num. 14.
Ad nouiter articulum deductum extenditur appel- latio tribus concurreribus; identitate rei, cau- sa, seu iuris petendi, & conditione personarum, num. 15.
Rem iudicatam quando in prosequitur faciat, vel non illa tres identitates, n. 26. remissiuè.
Littera expedita per Superiorem super articulo separato à causa principali ad ipsam dumtaxat deuoluta retinetur in Senatu iuxta causam remissionis Ordinarij, num. 17.
Ius nouum non comprehensum in libello, cum noua egeat iudicio, & noua instantia, nequit post litem contestatam introduci, num. 18.
Libellus in iudicio particulari mutari nequit post litem contestatam; ita vt remaneat eadem instan- tia, ibid. num. 19.
Ex nouo iure, diuerso ab iam deducto, non potest quis obtinere in eadem instantia, cum noua egeat nouo iudicio, & nouis defensionibus, n. 20.
Libelli emendatio nouum quid, & diuersum conti- nens, nec in iudicio Ordinarij admittitur, n. 21.
Super diuerso articulo ex instrumento nouiter præ- sentato Iudex nequit pronuntiare, cum noua de- fensiones danda sint, num. 22.
Noua additio ad libellum iam presentatum nouo in- dicitur termino, noua litem contestatione, & instan- tia, num. 23.
Instrumentum, seu articulus nouiter deductus, de- pendens tamen à iure deducto, admittitur ad iam deductam coadiuuandam, num. 24.
Emendatio libelli, etiam post litem contestatam admittitur, si ea de re fiat, que causam habet à priori, ne continentia causa diuidatur, n. 25.
Noua acta ad corroborationem executionis petita noua non egeat instantia, cum sit prima con- tinuata, num. 26.
Quando per additionem mutata dicatur forma, aut super antiqua moueat, num. 27. remissiuè.
Vbi aliquid additur, vel detrahatur priori dispositio- ni, an & quando noua dicatur dispositio, ibid.
Iudex appellationis in articulis separatis, & sic non deuolutis caret iurisdictione, num. 28.
Nouus articulus separatus à primo, deductus cor- ram Iudice appellationis, pertinet inferiori Ordinario, super quo litteras expeditas retinet Senatus, causam remittens Ordinarij cognoscendam, num. 29.
Delegatus ex rescripto manus Sanctissimi subscripto, nouum ius separatum, & non contentum in cau- sa sibi commissa Ordinarij remittit, cum noua egeat instantia, aut Senatus illud remittit vigo- re Concilij Tridentini, num. 30.
Lancelotus dicens in causa appellationis posse mu- tari actionem reprobatur, cum loquatur contra communem Doctorem opinionem, n. 31.
Afflictiis

Afflictiis loquens de nouo articulo admisso, & super eo pronuntiatum declaratur, num. 32. & seqq.
Prorogatio aliena iurisdictionis in prima instantia nequit fieri absque consensu Ordinarij ex noua dispositione Concilij Trident. num. 33.

MULTOTIES contingit, quod ab aliqua sententia appellatur ꝛ ab Ordinario, lata super aliquo iure in libello à principio deducto; postmodum autem in Rota vel coram alio Iudice superiori de huiusmodi appellatione cognoscen- te educatur aliud nouum ius non contentum, etiam virtualiter sub deducto; pars recurrit ad Senatum, vt litteræ super illo iure nouiter deducto retineantur in Senatu, causæ verò cognitio remittatur ad Ordinarium, pluries habuimus de facto; hic tamen altius examinauimus.

Et quod per Superiorem possit ꝛ licitè cognosci de eo nouo articulo etiam separabili, ita vt nec noua egeat instantia: facit doctrina Lanceloti in tractatu de artemis. 2. part. & 12. li- mit. 28. princip. num. 58. & 9. vbi dicit: Quod in causa appellationis potest mutari actio, motus ex Afflictiis decis. 53. num. 2. qui ait: Fuisse conclusum, quod si aliquis egerit vti legatarius ex testamento, ad consequendum legatum, ex eo quod testamentum minus fuerit solenne, reus sit absolutus; tamen, inquit ipse, poterit legatarius in causa appellationis per viam principalis petitionis agere ab intestato ad totam hereditatem, reo conuicto nihil oppo- nente; cum Afflictiis videret concordare Caputaque. decis. 126. part. 3. Igitur sequitur de primo ad vltimum, quod in hoc casu recursus protectionis Concilij Tridentini cesset, alia multa media pro hac parte possem adducere, que omitto.

Contrarium tamen semper de iure vetus esse & probari, & sæpe defendi, ꝛ imò super articulo, & iure nouiter deducto in instantia appella- tionis omnimodo diuerso, & separato à principali petitione, & libello, & ab illo minimè dependente, opus esse nouo iudicio, & noua instantia, ac per consequens semper ad Ordinarium remittenda, moueor; Primò ex do- ctina Baldi in l. per hanc, num. 10. vers. Quæro ergo, in fine, Cod. de temporibus appellation. Qui ꝛ mirabiliter argumentatur sic: Quod est omni- no nouum, non dicitur pronuntiatum, ergo nec ap- pellatum; ergo nec deuoluta iurisdictione. Confir- matur, quia Iudex causæ appellationis habet iurisdictionem ꝛ per deuolutionem, restrictam dumtaxat ad illam causam, que uetebatur, & deducta fuit in prima instantia, & non super aliis, super quibus omnino caret iurisdictione, Afflictiis decis. 155. fuit lata sub num. 3. Puteus decis. 184. num. 4. & 5. lib. 2. Abb. in cap. signi- ficauerit. 11. num. 10. & 11. de exceptionibus, Guido Papa in tractatu de appellationibus. num. 2. fol. 57. Sigismundus Scaccia in tractat. de appella- tionibus. quest. 17. limit. 21. num. 51. & quest. 11. num. 17. & post plurimos Doctores diximus Nos in tractat. de Regia protectione. 2. p. cap. 17. à n. 11. & in 4. p. cap. 3. à num. 209. & 3. part. cap. 11. à num. 57.

Ex quo iurisdictionis defectu, & restrictio- ne meritò inferitur, ꝛ quod coram Iudice appel-

lationis non potest aliquid de nouo peti, nec is debet illud admittere, cum sit impericiens ad causam deductam, nec aliud etiam diuersum, & nouum capitulum, ad eius cognitionem spectat Abb. & Guido Papæ vbi proximè & Scaccia loco citato, & quest. 11. num. 3. Philippus Franchus in cap. cum Eccles. num. 8. de appella- tionibus. Et quod Iudex appellationis non possit supplere ea, ꝛ que veniunt ad omnino nouam petitionem; scribit Rebuffus in tractat. de appellation. articulo vltimo gloss. unica, sub num. 33. Scaccia de appellationibus, quest. 11. num. 23.

Etenim super nouo capitulo non dependen- te à primo, ꝛ nec illud concernente Iudex ap- pellationis cognoscere non potest; scribit Pu- theus decis. 184. num. 4. lib. 2. pulchre Baldus in l. per hanc 4. num. 10. versicul. Quæro ergo, in fine, Cod. de temporibus appellationum, Maranta de ordine iudiciorum, part. 6. articulo. 2. principal. in verbo, Et quandoque appellatur, sub num. 263. fol. 482. vbi bene declarat, dicens: Quod Iudex appellationis ꝛ potest cognoscere, & iudicare dumtaxat super eo, quod potest includi sub generalitate primi libelli, & idem non posset iudicare super causa domini diuersa ab ea, quam patres prosequuntur sunt in prima instan- tia, quem sequitur Scaccia dicit. quest. 11. sub num. 23. & num. 30. vbi reddit & aliud exem- plum, quod si quis agi contra colonum actio- nem arborum furtim cesarum, & in causa appella- tionis voluerit prosequi adionem ex locato; nullatenus poterit, quia est nouum capitulum, & omnino diuersum à primo deducto, & ap- pellato, Bald. in dicit. l. per hanc sub num. 10. versicul. Quæro ergo, & num. 12. Et quod Iudex appellationis possit ꝛ supplere in causa id, quod venit ad coadiuuandam petitionem; scribit Rebuffus in tractatu de appellationibus, articulo. vltimo. glossa unica; num. 33.

Probant etiam hanc ꝛ doctrinam Franchus in l. dicit. cap. cum in Ecclesia, sub num. 21. de appella- tionibus. Gregorius Tholosanus in tractatu de appellationibus, lib. 6. capitul. 15. num. 1. in fin. versicul. Si modo, & Bald. vbi supra, quos sequitur Scaccia dicit. quest. 11. num. 29. qui dicitur, quod agens in prima instantia de boue, non potest deinde in causa appellationis agere de equo, seu cumulare, vel probare, cum libellus nequeat mutari in causa appellationis, vt latius plurimos Doctores citatis Scaccia dicit. q. 11. num. 35. versic. Confirmatur, & vers. Ergo nec potest mutari, aut emendari.

Et tunc cognoscetur aliquid ius, seu articu- lum esse nouum, ꝛ & nouiter deductum coram Iudice appellationis, necnon diuersum, & se- paratum ab iam deducto, & prosequuto; quan- do scilicet sententia lata super hoc, non inda- cit rem indicatam super nouiter deducto; ista est mirabilis Baldi doctrina in l. per hanc, n. 11. versicul. Breuiter, dicens: Quod vbiuicque ꝛ non oritur exceptio rei iudicatæ, ibi appella- tio vim suam non extendit, nec est profecti- bilis. Sequitur Sigismundus Scaccia de appella- tionibus, quest. 11. num. 29. Philippus Franchus in cap. cum in Ecclesia 36. sub num. 11. de appella- tion. dicens: Quod ampliatio iurisdictionis ad nouum additamentum habet locum: quando illud sit tale, quod possit includi sub eodem libello.

Attamen quando articulus nouiter additus, cumulat, & deductus, nec includitur in libello principali, cum exceptio rei iudicatae illum non comprehendat; pariter & eodem modo etiam dicitur omnino diuersus & separatus à causa & articulo principali, & eius libello. Atque idem vt separatus non admittitur in causa appellationis, quia deficit in Iudice iurisdictione, quia illum adhibere non potest cause cognitionem, vt ultra Bald. & Franch. vbi proximè tenet Marianus Socinus in cap. fraternitatis 17. articulo. 5. princip. num. 63. de testibus inter tractatus diuersorum, tom. 4. fol. 194. dum concludit, quod articuli omnino noui & idem non admittendi, dicuntur, quando exceptio rei iudicatae super primo articulo non habet obstaculum in casu nouorum articulorum, Sigismundus Scaccia in tractatu de appellationibus, quasi. 11. n. 29. qui vers. Declara secundò, probat: Quòd tunc appellatio extendet vires suas ad nouiter deductum, tribus concurrentibus, identitate rei, identitate cause, seu iure petendi, & eadem conditione personarum, prout in his terminis probant Franchus vbi supra num. 8. Rebuffus in tractatu de appellationibus, articulo ultimo, glossa unica sub num. 33. tom. 3. Puteus de c. 584. Ioannes à Solano, n. 4. lib. 2. Et circa has tres identitates, & quando faciant, vel non, rem iudicatam in non prosequitis; videbis latissimè supra 1. p. cap. 12. per totum.

17 Quare omnino dicendum erit, quòd commissio impetrata super articulo cause principalis; & simul super hoc nouiter deducto coram Iudice superiore (ad quem causa principalis fuit deuoluta per appellationem) sit omnino retinenda, & cognitio cause remittenda ad Ordinarium, quia cum sit articulus nouus, nouo eget iudicio, & noua instantia, quæ indubiè ex dispositione inuolabili Sancti Concilij Tridentini in cap. causa omnes 20. sess. 24. de reformatione, pertinet dumtaxat Ordinariis, non Nuntiis nec aliis superioribus Iudicibus.

Et quod nouus articulus, nouumque ius non comprehenduntur in libello, nequeat introducitur in contestatam, quia cum sit quid nouum, & diuersum ab iam deducto, nouum requirat iudicium, nouam cause cognitionem, atque noua instantia indigeat; probant latius & expressè Decius in l. edita, per text. ibi, num. 28. Cod. de edendo, Ayyton Craucta consil. 840. num. 9. volumin. 5. Angelus in l. 1. §. stipulanti, ff. de verborum obligatione, Alciatus in l. 1. si quis simpliciter, num. 27. Purpuratus in dicta l. edita, num. 259. Virgilius ad Afflictum decis. 148. num. 1. Landerch. consil. 93. sub num. 2. Maranta part. 6. act. 3. num. 9. & 10. Peregrinus consil. 92. volum. 2. Bald. in consil. 150. volumin. 1. Tufchus tom. 3. littera E. conclus. 484. num. 12. Iaffon, in dicta l. edita, num. 27. Corfetus singular. 158. versicul. Iudex, el segundo, Instigol. lib. singular. 156. num. 1. Milanensis decis. 3. num. 10. & decis. 8. num. 4. lib. 2. Ponte consil. 42. num. 22. & plenius Zahus lib. 2. singular. report. capitul. 2. Anton. Concilius lib. 1. disputat. iuris. capitul. 5. Cuiacius lib. 4. obseruat. 23. & consil. 142. hanc doctrinam exactè probat Marius Giurba decis. 10. per totum, maxime num. 1. 8. & sequentibus.

Qui quidem num. 4. firmat in particulari iudicio, libellum non posse post licem

contestatam, vti sit eadem instantia, probant omnes Doctores communiter in l. 1. C. de edendo, comprobant Menochius de Arbitrariis casu 176. num. 38. Marceraten. lib. 1. resolut. 83. num. 2. Fachineus controuersiar. iuris, lib. 11. capitul. 93. & capitul. 95. Milanens. decis. 8. n. 42. lib. 2. plenè Bolocnetus in consil. 28. & in dicta l. edita, num. 61. Cornanzius decis. 174. num. 3. Cardinal. Tufchus tom. 5. littera L. conclus. 312. Binius consil. 216. à num. 58. cum sequentibus. Iacobus Cancercius variar. resolut. lib. 3. cap. 16. de liti contestat. num. 29. & 31. Peregrin. consil. 92. volum. 5.

Nam vbi res noua deducitur & diuersa à prima, non potest in eadem instantia obtinere illum nouiter deducens, quia nouum erit, & nouo indiget iudicio, & ob id nouæ exceptiones opponendæ, & defensiones deducendæ, vt per l. cum quærebatur, & ibi Doctores, ff. iudicatum solui. l. 3. ff. ad exhibendum, cum aliis per Speculatorem de libelli conceptione, §. nunc ostendamus, num. 4. & 8. Giurba dicta decis. 10. num. 8. & 9.

Imò libelli emendatio nouum quid, & diuersum continens, nec in Ordinariis post licem contestatam permittitur, l. non potest, ff. de iudicijs, Decius in dict. l. edita, num. 28. Provt etiam loquuntur superius citati Doctores n. 19. in vers. qui quidem.

Nec enim debet Iudex super diuerso articulo deducto ex instrumento quod diuerso nouiter presentato pronuntiare, nisi datis nouis defensionibus, & instructo processu super nouis; Craucta consil. 440. num. 9. Quia diuersa additio rei ad libellum iam presentatum nouo indiget termino, & nouæ liti contestatione, & instantia, Angelus in l. 1. §. si stipulanti, ff. de verborum obligationibus, Alciatus in dict. §. 1. si quis simpliciter, num. 27. Purpuratus in dicta l. edita, num. 159. Cod. de edendo, Virgilius decis. 148. num. 5. Landerch. consil. 93. sub num. 2. Maranta part. 6. act. 3. num. 9. & 10. Peregrinus consil. 92. volumin. 5. Marius Giurba decis. 10. num. 10.

Qui num. 11. dicit: quòd quando ius, articulus, seu instrumentum de nouo deductum nouum non est, sed dependens ab iam deducto, vt tunc licet quandoquomque admittatur, quia ius iam deductum coadiuuat, & confirmat Socinus Iunior. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 64. ff. de acquirend. possessione, Alexand. consil. 120. num. 12. volumin. 1. Aretinus consil. 17. num. 5. Millanen. decis. 9. num. 41. Instigol. dict. singular. 156. num. 3. Marius Mutarum. 112. num. 14. Idque post Bald. in l. Bebius, §. Marcelas, ff. de pactis dotalibus, annotauit Cunnia in praxi post ritum, editam, fol. 6. col. 1. in fin.

Hoc namque in casulicita etiam est post licem contestatam in Ordinariis Iudicijs emendatio, si ea de re sit; quæ causam habet à prima, pro qua datus est libellus, imò hoc casu supplere potest Iudex, ne contentia cause diuidatur, l. nulli. C. de iudicijs, & huiusmodi distinctionem post Bald. Alexand. Decium, Curtium Iuniorum, Bolognetum, Cagnolum, & alios in dict. l. edita, late probant, & communem profitentur Menochius de arbitrarijs, casu 176. Mutacelus praxi civil. 1. part. glossa petitur, num. 50. cum sequentibus, Angelus, & Alexand. num. 7.

num. 7. in l. scire debemus, ff. de verborum obligationibus, Iacobus Cancercius variarum resolutionum. lib. 3. cap. 16. de liti contestatione, num. 37. & 40. Costa de re iudic. dist. 85. n. 3. Et quamuis increpet Fachineus controuersiar. iuris, cap. 95. à communi hac recedendum non est, vt firmat Giurba decis. 10. num. 11.

Cum verissimum sit, quod si acta non ad nouam incipiendam executionem tangantur, sed ad corroboracionem & perfectionem inchoatæ iam executionis petite à creditore sunt facta, noua non erit necessaria instantia, sed eadem prima, & continuata dispositio, Bald. consil. 156. num. 2. vol. 5. Craucta consil. 223. num. 13. Magonius decis. Florentin. 31. num. 6. Decianus consil. 11. num. 10. vol. 1. Giurba dict. decis. 10. num. 12.

Quando autem per additionem mutata sit forma, vel antiqua maneat, vltra supradictos vide Rimald. Iunior. consil. 302. Veralli. decis. 60. part. 2. Lancellous Galliat. consil. 42. n. 31. Sfortia Oddi, consil. 88. per totum, plenius Hieronymus Gonzalez ad Regul. 8. Chancel. gloss. 9. à num. 7. cum sequentibus.

Et quod vbi aliquid additur, vel detrahitur priori dispositioni in substantia, qualitate vel tempore; quod sit, & dicatur noua dispositio, plura per Gratianum discipulat. forens. cap. 335. num. 16. & cap. 42. num. 10. & sequentibus, Marius Giurba consil. 65. num. 31. ad fin. & num. sequent. Surtus consil. 217. à num. 43. & sequentibus, & decis. 344. à num. 36. Anton. Amato variar. resolut. 56. num. 22. & supra, plures laudat Marta in consil. 87. num. 11. & à num. 13. & Gonzalez vbi proximè, apud quos videre potest abundè circa hunc articulum nouæ dispositionis ex nouo aliquo accidente.

Ex hæcenus late & neruose comprobatis duo essentialissima, verissimæque in hac materia, de qua tractamus, adnotanda, & inferenda sunt præcisè, primum (quod attinet ad Iudicem appellationis) qui quidem cum nullatenus habeat iurisdictionem in prima instantia, nisi sibi ab Ordinario deuoluta sit per appellationem à legitimo grauamine, prout abundè deduximus etiam remissioè hac 2. part. cap. 5. §. 2. à num. 1. cum sequentibus, & per totum §. ex dispositione Concil. Tridentini. in sæpè allegato, cap. causa omnes 20. de reformat. sess. 24. Et ipsam iurisdictionem accipiat superior, limitatam ad illam causam, & articulum dumtaxat, à quo fuit appellatum, ita vt in cæteris ab eo non dependentibus, nec connexis, sed nouiter deductis iurisdictione omnino careat: si nouus articulus deductus sit, cum noua egeat instantia; non ipse, sed Ordinarius cognoscere debeat, & ad quem facta articuli remissione ex protectione ipsius Concilij, litteræ super hoc nouo articulo impetratæ retinendæ sunt à Senatu hoc Supremo, vt hæcenus abundè probatum reliquimus.

Secundum, quod ex dictis in hoc cap. deducitur, erit; quod & si quis cognoscat in aliqua causa vigore rescripti, & commissionis specialis subscriptæ manu propria Sanctissimi, si in eius prosecutione deducatur aliud quodvis ius diuersum, & separatum, non contentum virtualiter, nec connexè in primo libello, & commissione, huiusmodi ius omnino remittendum erit ad Ordinarium, Nam cum egeat

noua instantia, nouis & diuersis terminis, exceptionibus, & defensionibus: omnino & directè repugnaret dispositioni inuolabili eiusdem Concilij Trident. præferatis primam instantiam Ordinario in omnibus causis quomodolibet spectantibus ad forum Ecclesiasticum, vt capitibus præcedentibus sæpius diximus, quæ quidem illatio per necessitatem consequentiam deducitur ex hæcenus dictis in hoc cap. ad quam etiam videnda sunt, quæ in cap. sequenti diximus circa reconuentionem in secunda instantia appositam, atque plenius iustificata & indubitabilis redditur ex his quæ scriptimus infra cap. 13. circa tertium oppositorem nouiter venientem ad causam inter alios agitatam ex commissione subscripta, vt iste tertius comparens pro suo iure dependente à iure litigantium non sit in commissione comprehensus, nec ad eum extendatur, cum lis eum eo sit initianda coram Ordinario, & hoc iure vitur Senatus hic Regius, & Supremus, ac communiter in eo prædicatur, nec non pluries in praxi obtinuit.

Ex his non obstat quod à principio huius capituli, num. 2. pro contraria parte diximus ex 31 Lancellot. quoniam, vt vidisti, loquitur contra omnia iuris principia, atque eius opinio est falsa. Et Afflictus, quæ ipse allegat, in re multum diuersa loquitur, quando scilicet adest partis prorogatio, ac idè insuper perperam à Lancelloto allegatur; & vtrique responde, prout rectè etiam satisfacit Sigismundus Scaccia in tract. de appellat. q. 11. sub num. 30. vers. Ad Lancellotum respondeo dupliciter, &c.

Sed vltra responsiones Scacciae concludenter illi occurret eo, quòd prædicta Afflictus doctrina nullo modo est adaptabilis, nec applicari potest terminis noui nostri Pontificij, exigentis ad prorogationem aliene iurisdictionis consensum tam litigantium, quam Ordinarij simul in prima instantia. Sicque cum iste nouus articulus separatus ab articulo per appellationem deuoluto ad superiorum noua egeat instantia, hæc tolli non potest Ordinarij, etiam parte, sola tamen prorogante, & contentiente in iurisdictionem superioris ad quem, iuxta quæ plenè diximus supra hac 2. p. cap. 5. per totum.

CAPVT IX.

Litteras monitoriales, alia rescripta, ad cognoscendum in Rota de causa Reconuentionis ibidem oppositæ, ad quam causa conuentionis fuit per appellationem deuoluta dumtaxat; an Senatus retineat, & causam Ordinario remittat.

Et quid si appellatum fuerit ante diffinitiuam, vel etiam à grauamine extrajudiciali.

SVMMARIVM.

Litteræ monitoriales expedite super reconuentione opposita in Rota, ad quam causa conuentionis legitime fuit per appellationem deuoluta, an sint in Senatu retinende remissa reconuentione Ordinario, à num. 1.